

In festo beati Thome aliqui legunt euangeliū Vos estis sal terre etc. Math. v. Circa quod possunt disputari sequentes questiones. Prima. Utz doctoribus aureola debeatur in regno celoz. Secunda. Utz predicatoz vel doctor teneatur facere quod dicitur ex pñti euangelio.

Ad primam questionē sic proceditur. Et videtur quod aureola non debeatur doctoribus in regno celoz. Quia omne pñmū quod in futuro habebitis alicui actui virtutis responderet. Et predicare et docere non est actus alicuius virtutis. ergo doctorum vel predicatoz non debeatur aureola. Secundo sic. Predicare et docere ex studio pueniunt. sed ea quod pmanēt in futuro non sunt acquisita per humanum studiū. quia naturalibus et acquisitis non meremur. ergo per doctrinam et predicatōnem nullus in futuro meretur aureolam. Tertio. Exaltatio in futuro responderet humiliati pñti. quia quod humiliat exaltabit. sed in docendo et predicando non est humiliatio. imo magis superbie occasio. Cuius glo. dicit Math. m. quod diabolus multos recepit honore magisterij inflatos. In oppositū est euangeliū pñs. Qui fecerit et docuerit hic magnus vocabitur in regno celoz. Secundo est quod super illud Eph. i. Et sciatis quod sit supereminens etc. dicit glo. quod daz clementū habebūt sancti doctores ultra id quod alij coiter habebūt. Respondeo dicendū. quod sicut per martiriū et virtutem alicuius perfectissimam victoriā obtinet de carne et mundo. ita etiam perfectissima contra diabolum obtinet. quā alicuius non solum diaboli impugnantem non cedunt. et etiam eum repellit non solum a se. et etiam ab alijs. Hoc autem fit per predicatōnem et doctrinam. et ideo predicatoz et doctrine aureola debetur. sic videntur et martirio. Nec est dicendū ut quidam dicunt quod debeatur tamen pñtis quibus ppetit ex officio predicare et docere. et quibuscūque qui hunc actum exercent. pñtis autem non debetur quibus habeant officium predicandi nisi actum doceant et doceant. quia corona non debetur habituali sed actuali pugne. sicut in illud. i. Timoth. ij. Non coronabit nisi qui legitime certauerit. Moratur autem quod tria requirunt ad hoc quod doctoribus aureola debeatur. Primum est ex parte doctrine quod docetur. scilicet quod sit de pertinentibus ad salutem. per quam diabolus a cordibus hominum expellatur sicut quibusdam spiritualibus armis. de quibus dicitur. i. Cor. v. arma malitie nostre non sunt carnalia sed spiritualia etc. Secundo requiritur ex parte docentis quod actum doceat et doceat. ut dictum est. Tertio requiritur ex parte finis. scilicet quod doceat et doceat principaliter ad gloriam dei. Ad ratios in oppositū. Ad primam responderet negando minorē. Dicimus enim quod predicare et docere sunt actus alicuius virtutis. scilicet misericordie. et in eis spirituales elemosinas pputant. Ad secundam responderet negando consequentiam. Et ratio est. quia quibus facultas predicandi et docendi quibus ex studio pueniant. tamen vsus doctrine ex voluntate pcedit quod per caritatem informatur a deo inuisam. et sic actus eius meritorius esse potest. Ad tertiam responderet negando consequentiam. Et ratio est. quia exaltatio in hac vita non diminuet alterius vite pñmū nisi ei qui in tali exaltatōne propriam gloriam querit. quod autem tales exaltatōes in veritate aliorum puerit. ex ea si mercedem acquirunt.

Ad secundam questionem. Utz predicatoz vel doctor teneatur facere quod dicitur ex pñti euangelio. Qui fecerit et docuerit hic magnus vocabitur etc. ergo videtur quod qui facit contrarium huiusmodi quod